Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



206

merear in tabernaculo tuo. Ego optarem si fieri
possit ee aliquid meum in illo auro ex quo pro
pitiatorium fabricat. uel ex quo arcu contegit.
uel ex quo candelabrum fit luminis & lucernae.
Aut si aurum non habeo aut argentum sed tam aliquid
inuenicar offerre quod proficiat in columnas uel
in basis sacrarum ceste uel erit aliquid habere me
rear in tabernaculo. unde circuli fiant & ceteraa
quae sermo diuinus scribit; Utinam autem mihi ee
possibile unum ee ex principibus & offerre gem
mas: ad ornatum pontificis humerales & logii.
sed quia haec supra me sunt. ceste uel pilos capra
rum habere merear in tabernaculo dei. tantum ne
in omnibus; ieiunus & infecundus inueniar. Unus
quisque ergo sicut concepit corde; uidete si con
cepistis: uidete si tenetis: ne forte efflucant quae
dicunt & pereant; Volo uos admonere religionis
exemplis: postis quidiuinis mysteriis int ee
consistis quomodo cum suscipitis corpus dni
cum omni cautela & ueneratione seruatis: ne ex eo
parum quid decidat. pro consecrati munere
aliquid delabat; Reos enim uos creditis: & rec
te creditis: si quid inde pneglegentia decidat;